



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 13. De modis concedendi indulgentias,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

reatum pœnæ eternæ condonat: cur negabatur (non obstante quod orationes vel alia pia opera, quæ ad tales indulgentias lucrandas iniunguntur, sint modica) condonare iustificatis certam pœnam, adhuc si forum peccatis præteritis debitam.

135.

Quod si ex ea liberalitate aliqui capiant occasionem disfolutæ viuendi, vel reuocentur ab agenda penitentia, non est Pontificum culpa; sed talium malitia vel concionatorum, aliorumque qui eiusmodi indulgentias promulgant, negligenteria: tunc non admonitus cas nihil prodebet perseverantibus in peccato mortali; à quo existenæ sunt putandi qui vitam in eo ducere, nec penitentiam per quam deseratur, agere volant. Dicentibus autem hæreticis ridiculas esse tales indulgentias, cum adiutum in cœlum faciant adeo facilem. Recepit enim, multo magis ridiculum esse quod illi dicunt sola persuasione, qua quis firmiter credit sibi remissa esse peccata per Christi merita, ipsum ita liberari ab omni culpa & pœna reatu, ut nihil ei superfit quo impeditur ab ingressu regni cœlorum. Ea admiratione peccatori inimico que Dei, multo faciliorem faciunt viam in cœlum, quam nos faciamus iustificato & in Dei gratia restituto. Calumniabantibus vero, interdum indulgentias dari pro certa pecunia summa; sicut dantes incurrere in peccatum illius cui dictum est actorum 8. Pecunia tua tecum sit in perdicionem, quoniam existi mali domum Dei pecunia possideri: ] occurrendum est secundum Ecclesiam institutum talem pecuniam nunquam exigere; ut quasi negotiatio quadam, emeretur peccatorum remissio: sed ut largitione elemosynæ ad aliquem bonum finem relata, suppetaret causa idonea dispensandi per indulgentiam ex thesauro Ecclesie. Quod si abusus aliqui per pastores irreperserint, eos damnat Ecclesia, ut videre est in decreto De indulgentiæ. sess. 25. Concilij Tridentini & indiscretas indulgentias promulgari sub pena peccati mortalis prohibet per Clement. I. De priuilegiis. §. Quidam etiam.

## C A P V T XIII.

## De modis concedendi indulgentias.

## S V M M A R I V M.

- 136 Pœna gravius, quæ graviat pœciati respontet, est tum intensio, tum extensio.  
 137 Gravitas intensio magis conuenit pœna luende in purgatorio, quam gravius extensio: non item laenda in hac vita.  
 138 Per indulgentiam remittitur pœna peccatis debita, non solum vietata à Confessorio vel à canonibus Ecclesiasticis; sed etiam ut à diuinâ iustitia.  
 139 Soli Deo notum est quanta extensio esse debet pœna pro peccati luendo in hac vita: sicut & quanta intensio sit futura in purgatorio.  
 140 Indulgentia aliquot annorum, quomodo sit accipienda.  
 141 Difinatio indulgentia in plenam, plenioram, & plenissimam, quomodo sit accipienda.  
 142 Concessio indulgentia est strictè interpretanda.  
 143 Indulgentia plena seu plenaria quænam sit.  
 144 Quæ plenior, & quæ plenissima.  
 145 Corollaria ex precedentiis deducta.  
 146 Indulgentia in forma iubilei quid amplius habeat, quam aliæ plenissime: & quid iubilei nomine significetur.  
 147 Ne quidem plenissima indulgentia iuuat in foro externo.  
 148 Tres modi concedendi indulgentiam, relaxando tantum partem pœnae.  
 149 Quomodo sit accipendum, quod simul cum plena, datur aliquot dierum indulgentia.  
 150 Indulgentia data absolute & sine restrictione, comprehendit pœnam iniungendas quam iniunctas in sacramentali confessione:  
 151 Documentum utile pro parante se ad lucrandas indulgentias.  
 152 Indulgentia datur tum viais tum mortuis, sed illis per modum absolutionis, & hū per modum suffragi.  
 153 Indulgentia quedam à Papa immediate datur, & quedam mandatur dari per alium.  
 154 Indulgentia quedam datur cum determinatione ad certum tem-

pus vel locum: &amp; quedam sine ea determinatione.

155 Perennis ac longi temporis indulgentia lucrificari potest plures, alia tantum senes.

156 De indulgentia concessa pro articulo mortis.

157 Ratio exequendi ministerium commissum indulgentiam concedendi in articulo mortis.

158 Indulgentia que sit duratio.

159 Duratio indulgentia que nec data est cum limitatione temporis, nec expresa in perpetuum.

160 Regule Cancellarie eam limitantes.

161 Indulgentia etiam in perpetuum concessa, per revocationem cessare potest.

162 Pro arbitrio potest ab habente potestate talis revocatio fieri validè, immo &amp; licite, nisi obstante scandalum, aut promissio facta in contrarium, aut animarum notabile detrimentum.

163 Non ante nocet revocatio, quam venire in notitiam eorum, qui ipsi indulgentiam gaudebant.

164 Iudicium faciendum de revocatione &amp; suspensione indulgentia.

165 Duratio indulgentia non requirit durationem cause, propter quæ concessa est.

**P**Rescriptus quidem est à Christo modus quo peccata mortalia debeant ab Ecclesiæ ministris remitti, nempe Sacramentorum administratio: non item modus quo dum legitima adest causa, relaxari debeant temporales pœnae, quibus post eam remissionem adhuc plerique manent obnoxii, sed relictus est determinationi ciuidem Ecclesiæ: quæ non unum sed plures vñstur.

Notanda ad talium modorum intelligentiam.

## SECTIO PRIOR.

**A**d eos autem intelligendos notandum est primò: pœnam peccato debitam ita ei correspondere, ut quod sceleratus commititur, severius puniat. 2.4. q.1. cap. Non afferamus: sicut secundum mensuram delicti plagatum modus Deut. 25.] & quantum quis glorificauit & in delictis fuit, tantum detur illi tormentum & luctum Apoc. 18.] & in carcere à iudice missus, non exeat inde donec reddat vñlimum quadrantem, Matth. 5.] Sicutque fieri, ut ea ipsa pœna suam habeat quantitatem; tum intensio, quæ secundum gravitatem illius: tum extensionis, quæ secundum malus aut minus tempus quo durat, attenditur. Quam quantitatem necesse non est æqualeiter esse utriusque modis: sed siue maior si intensio, si extensionis, siue contra: sufficit utroque illo modo coniunctim eam correspondere peccati gravitati.

Notandum est secundò: consentaneum esse sentire pœnam temporalem alicui peccato correspondentem, quatenus luitur in purgatorio, magnitudinem suam habere magis secundum intensiōem, quam secundum extensionem: quatenus vero luitur in hoc mundo magis habere secundum extensionem quam secundum intensiōem, id est, magis secundum durationem, quam secundum acerbitatem: quia homo in hoc mundo debet vitam suam temporalem conservare, & operibus eam necessariis vacare: multum vero intensa penitentia, nocet temporali vita, nec permitit ad opera necessaria attendere.

Accedit quod extensione Penitentie, magis quam intensio inducatur homo ad bene operandum: quod illi solemne, perpetuumque esse debet in hoc mundo. In purgatorio autem conuenit pœnam acerbiorem esse, quam diuturnam: quia locus est sati faciendi, in quo anima subiicitur rigor diuinae iustitiae, purgaturque ( ut habet bulla Eugenij quarti, qua continetur Sacramentorum doctrina, in Concilio Florent.) à peccatorum reliquis: quod nitidè, ad nitidissimam Dei presentiam & visionem admittatur. Quæ presentia, illam, Dei amicam, longiore tempore priuari: minus conuenit, quam breviori tempore torqueri pœna acerbitate.

Notandum est tertio, quod ex D. Thom. & Alberto magno habet D. Antonius 1. part. tit. 10. cap. 3. §. 3. indulgentiam remittere non solam temporalem pœnam taxatam à Confessorio vel à Canone Ecclesiastico: sed etiam taxatam à diuinâ iustitia. Quod idem vult Sotus in 4. distinc. 21. quest. 2. art. 1. concl. 1. cum att. indulgentiam tantum valere, non solam in

foro

suo Ecclesiae, sed etiam apud Deum, quantum sonat; ita ut aequaleenter ei quod sonat, liberet non solum ab obligatione impleendi penitentiam a ministro Ecclesiae impositam; sed etiam a pena purgatoriij. Quod idem patet ex supra memorata bulla Leonis decimi: in qua statuitur debere (sub pena excommunicationis late sententia Romano Pontifici referuata) ab omnibus teneri & praedicari: omnes qui veraciter indulgentias legitimè in Ecclesia concessas fuerint confecuti: à tanta temporali pena secundum diuinam iustitiam pro peccatis & qualibus suis debitibus liberati, quanta concessas & quæsi indulgentias aequivalent. Confirmatur etiam ex eo, quod ad claves regni cœlorum, Ecclesiae concessas à Christo, specter tollere peccatum ex omni parte, quæ impedit ingressum in cœlum: cum absolute dictum sit, Quodcumque soluerit super terram, erit solutum. & in celis; & quorū remiseritis peccata remittuntur eis.] Impeditur autem ingressus, ut per alia, sic per penas temporales culpa remisit pro peccatis secundum diuinam iustitiam debitam: ut ostendunt omnia argumenta quibus doctrina Catholica de purgatorio (qua corruit illo fundamento sublatio) propugnatur aduersus haereticos: quæ videri possunt apud Bellarm. in tomo 1. controvergia 6. lib. 1.

Notandum est, quarto, quod ut soli Deo notum est in particulari, quantum penæ temporalis in purgatorio luenda secundum diuinam iustitiam debetur cuique peccato; ita eidem soli notum esse, quam diurna huius vita penæ requiratur ad illam aequaleenter compensandam: nihilominus sanctos patres edidisse Canones quibus certæ durationis penitentias, pro certis peccatis prescriperunt, quas probabilitate existimarent sufficere pro penæ quæ eidem peccatis secundum iustitiam diuinam deberentur; aut si forte non sufficerent, id quod decesserit remittere cur in reconciliatione Penitentis.

Quæ cum ita sint duo statuuntur. Alterum est, quando aliquot annorum indulgentia conceditur, tantum penæ purgatoriij condonari eam lucranti, quantum per se idem annorum penitentiam in hac vita peractam, condonatum fuisset. Quod ex Innocentio ad cap. Quod autem de penitent. & remiss. & Palud. in 4. distinct. 20. quæst. 4. art. 2 communiter receptum esse ait Nauarr. in comment. de indulgen. notab. 11. num. 8. Alterum est, non esse quod quis offendatur indulgentias quæ dantur centum, aut mille ut plurimum annorum, eoque non soleat vita hominis esse tam longa. Nam et sic sunt accepient, ut per illas relaxetur tantum penæ purgatoriij peccatis, secundum diuinam iustitiam debitam; quantum à Penitente in hoc mundo redimeretur agendo penitentiam centum, aut mille ut plurimum annorum, si tamdiu viueret. Quod nihil absurdum continere patet: quia cum per aliquos canones admoneamur pro vnoquoque mortali peccato si graue sit, imponendam esse penitentiam septem annorum, si grauissimum decem annorum: si demum grauissimum quindiu annorum, ac etiam torlus vite, ut ea correspondat penæ purgatoriij, talibus peccatis secundum diuinam iustitiam debitas; manifestum est fieri posse, ut quis egerat huius vite penitentis centum, mille, ac etiam plurimum annorum; sicut fieri potest ut centies vel millies, ac etiam sepius le peccatis eiusmodi contam: auerit in vita sua.

Primus modus concedendi indulgentiam: nempe relaxando totam penam.

## SECTIO II.

**H**is ita positis facile est intelligere quod cum varijs sint modi concedendi indulgentias, primam & præcipuā varietatem illorum in hoc confitere: quod talis concessio si nonnunquam relaxingo totam penam, quam quis secundum iustitiam diuinam luere debet in purgatoriij pro omnibus suis peccatis: nonnunquam vero partem tantum aliquam eiusmodi penæ remittendo: saltem perse; quod addo quia potest accidere ut indulgentia quæ conceditur quadrangula, verbi gratia, aut centum annorum, sufficiat aliquid ad ipsum liberandum ab omni purgatoriij pena peccatis suis debita.

Cæterum quod Sotus ait in cit. art. 1. col. antepen. priore modo concessam indulgentiam dici indifferenter plenam

tum pleniorum, rum plenissimam, Nauarr. in comment. de indulgen. notab. 9. reicit: non quidem approbando differentiam quam Sotus ipse refutat Adrianum & Summistas dare: sed aliam assignando; nimirum quod plena dicatur quare relaxatur tota pena debita peccatis omnibus confessis; plenior vero, qua tota pena debita, tum pecatis omnibus confessis, tum etiam mortalibus in confessione oblitis, obliuione quæ non impedierit eorum deletionem: plenissima denique, qua tota pena debita peccatis tam confessis quam oblitis, tamque mortalibus quam venialibus. Fundamentum autem sic distinguendi inter se plenam, plenior em & plenissimam indulgentiam, idem Nauarr. ponit. Tum in verbis. Extrahagentis communis. De penit. & remiss. quæ sunt: Non modò plenam & largiore, inquit plenissimam omnium suorum concedimus veniam delectorum. Hæc enim indicant Pontificis mente esse, inquit alicuius concedere quam simpliciter concedendo plenam indulgentiam. Tum etiam in eo, quod concessio indulgentia sit strictè interpretanda dubius ex causis præter ceteras.

Altera est quod iuxta cap. Cum ex eo, de Penit. & remiss. per illam eneruerit penitentiales satisfactio, tanto pere nobis utilis, & ad quam nos tanto studio Ecclesia iunitat per tot canones penitentiales, & per ieiunij Quadragesimalis, Quatuor temporum, & quatuor Vigiliarum, impositionem sub pena peccati mortalitatis: Altera est, quod cum indulgentiam concedens soluat de alieno alterius debita; presumi debeat id posuisse facere parcer, quam effusæ; ne censeatur porcius dissipator, quam inde is dissipator bonorum dominii sui. At non esset strictè interpretatio, in qua tantum positivo, quantum comparativo, & virtuque, quantum superlativo tribueretur. Quare purandum est aliquid minus concedi per plenam, quam per pleniorum: & per hanc, quam per plenissimam indulgentiam.

Quod vero id ipsum minus, aperte assignetur eo quo ante positum est modo, sic ostenditur. Quia relaxatio penæ peccatis confessis debita eadem est, ac relaxatio penitentiarum iniunctarum, aut quæ iniungi debuerunt à Confessario (nec enim penitentias iniungi possunt nisi pro peccatis confessis cum cetera maneant incognita, nec sine cognitione possit in iniungendis penæ aequitas seruari ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 5.) indulgentia plena seu plenaria. (inter quæ duo nomina nihil inereat quoad significacionem) Nauarr. nota in eod. notab. 9. num. 14.) aperte dicitur quæ tollit omnes penitentias iniunctas, aut quæ erant iniungendas. Sicut enim olim (de quo Nauarr. in eodem comment. notabili 11. num. 15. 16. & 17.) quia vis atior forma concedendi indulgentias erat, ut expreſſa ad penitentias iniunctas ex restringentur, siebat ut plena, plenaria indulgentia in eligentur concessa tantu penitentias iniunctas, nisi aliquid amplius concessum significaretur. Ita nunc quia mutata illa antiqua consuetudine videtur aequa, immo magis frequenter indulgentias concessas simpliciter quam cum restrictione ad penitentias iniunctas: merito plenam seu plenariam ita accipimus, ut sit quæ relaxantur omnes penitentias iniunctas, & quæ debuerant iniungi: atque adeo quæ relaxatur tota pena peccatis confessis debita. Et certè cum olim canones penitentiales (quibus sufficienter taxata credebatur pena pro vnoquoque peccato debita) essent in usu quotidiano, ut in citato num. 15. ex aliis habet Nauarr. fieret que ut bona Christianorum pars, multorum annorum, quadragenatum, mensum, & dierum onerata esset penitentia, merito presumebatur Pontifex, concedendo plenam indulgentiam, intendere animum ad illarum remissionem. Nunc autem cum ab eorumdem Canonum severitate ita recessum est, ut paucissimi etiam dies, ac nulli penè anni penitentias iniungantur; ne plena seu plenaria indulgentia à Papa concessa, patum aut nibil plerisque proficit; merito interpretamur concedentis animum esse, non tantum penitentias iniunctas, sed etiam eas quæ iniungi debuerant sufficentes ad redimendam totam purgatoriij penam pro peccatis confessis debitam à Penitentie.

Iam vero, si indulgentia plena, simpliciter dicatur ea, quæ omnes plenæ peccatis confessis debitas relaxantur, merito plenior dicerur, quæ totam plenam temporalem peccatis mortalib. tam confessis quæ oblitis debitam, tollit: & plenissima

sima, quæ omnem tam venialibus quam mortalibus, tam confessis quam oblitis pœnam condonat: cum non possit meliori ratione explicari quid amplius valeat plenior quam plena; & quid utraque haec minus valeat, quam plenissima. Si quis opponat plenitudinem non accipere augmentum ex cap. *S. omnia 6. quasf. 1. id est que non dari de facto indulgentiam plenioram plena. Respondet Nauar. in eod. notab. 9. num. 6. quod plenum est uno respectu, plenius esse posse altero respectu, unde sicut modius qui ut ratus, est plenus, potest plenior esse, ut cumulatus; ita indulgentia que plena est respectu penitentiarum pro peccatis confessis iniunctarum, & iniungendarum, plenior esse potest per additionem remissionis pœnae debitis pro peccatis mortalibus oblitis, factam remissioni pœnae debitis peccatis ore confessis.*

*Ex quibus infertur primus, nec plenam, nec plenioram indulgentiam pertinere ad primum, de quo agimus modum concedendi indulgentias: cum neutra per se tollat totam pœnam quam quis pro suis peccatis secundum diuinam iustitiam deberet luere in purgatorio.*

*Infertur secundus, concessa plena in indulgentia simpliciter, non censeri concessam plenissimam nec plenioram, cum illa sit quid minus quam haec, & concessio indulgentia sit stricte interpretanda. Quam illationem Nauar. consequenter habet numero 7. Ex quo in num. 10. & 15. aducere quoque indulgentiam plenam seu plenariam omnium peccatorum, & indulgentiam plenam seu plenariam ad instar anni Iubilæi, ceteri plenissimam. Nam Pontifex dicendo omnia peccata, nullum excipit cuius pœnam non relaxet, quodque indulgentia anni Iubilæi plenissima sit, aperie est constat ex secunda Extraag. communii De penitent. remiss. & per consequens, eam pariter quæ ad instar illius datur plenissimam esse, prout ipse Nauar. ostendit in sequenti notabili 26. Ex quibus patet non esse confundendam indulgentiam plenam peccatorum, cum indulgentiam omnium peccatorum aut cum indulgentia in forma Iubilæi, quoniam minor est; sicut nec confundi debet cum plenaria de penitentia iniunctis, quoniam maior est: ut pote quæ etiam ad iniungendas extenditur, cum ad iniunctas; altera sit restricta. Hic tria occurunt obiter notanda.*

*Primum est, Indulgentiam in forma Iubilæi plus certis plenissimis habere ex accidenti, hoc nomine quod simul cum ea sepe concedatur facultas absoluendi à casibus reservatis, & commutandi vota: & interdum dispensandi super rebus male possessis, quarum veri domini ignorantia.*

*Secundum est, indulgentiam Iubilæi, quam Bonifacius 8. in 1. Extraag. communii De penitent. & remiss. concessa circumspecto quoque anno Clementem sextum in sequent. 2. Extraag. ad quinquagesimum quemque annum transtulisse, & Paulum secundum, ac successorem ipsius Sixtum quartum, ad quemque annum vigesimum quintum, ut videtur facit subsequens quarta Extraag. atque hoc modo manere in Ecclesia annum Iubilæi, si dictum ob analogiam quam tanta remissio spiritualis in eo facta, habet cum remissione temporali, quæ quinquagesimo quoque anno fiebat apud Iudeos iussu Dei Leuit. 25. vbi talis annus dicitur Iubilæus. De qua appellatione & comparatione inter utramque remissionem Nauar. in comment. de indulg. notab. 1. 2. 3. & 4. qui etiam ostendit in seq. notab. 7. ante editam a Bonifacio octavo prædictam Extraag. fuisse in Ecclesia Catholica Iubilæi vium. Ipsum qui volet consulat.*

*Tertium est, quod idem Nauar. habet notab. 11. n. 20. indulgentiam quantumlibet plenissimam, nihil relaxare de pœnis in foro externo debitis; ita ut illam adeptus, possit in hoc per Iudicem sue secularium, sive Ecclesiasticum castigari. Haec; haec tenus de modo concessionis indulgentiae, relaxando totam pœnam.*

*Secundus modus concedendi indulgentiam: non per relaxando tantum pœnae partem.*

### SECTIO. III.

**D**e posteriori vero modo, quo in indulgentia pars tantum pœnae peccatis debitis remittitur: sciendum est, eum plures particulares sub se contineat, quia tamen ad tres reuocantur.

*Primus est, quo datur plena, seu plenaria indulgentia peccatorum, certum aliquid facientibus: Talem enim indulgentiam non esse totius pœnae peccatis debitæ, nisi aliud contineat quo ea amplietur, patet ex supradictis. Quod Nauar. notab. 9. n. 11. monet esse notandum, ne decipi coartat in lectio one authorum qui contrarium supponere videaturve D. Anton. i. part. tit. 10. c. 3. §. 4.*

*Secundus est, quo indulgentia datur cum limitatione expressa ad certam partem pœnae peccatis debitæ, ut cum datur in indulgentia tertie aut quartæ partis peccatorum, & nihil amplius; aut cum datur tantum de penitentia iniunctis: ultra quas restant non iniunctæ, & pœnae peccatis non confessis debitæ: aut cum tam de iniunctis quam de iniungendis datur: quod est (iuxta supradicta) dari de pœnis debitis pro omnibus peccatis confessis: præter quæ super sunt peccata in confessione obliterata, quorum pœnae non relaxantur per talis modi indulgentiam strictè (per superius tradita) interpretandam.*

*Tertius modus est, quod indulgentia conceditur limitata certo numero dierum & annorum: vel quadraginta, vel centum, vel etiam plurim aut paucorum. Exemplum esse potest quod teste Nauar. notab. 11. n. 11. nostra ciuitate Romana Pontifex concedit singulis dieb. Dominicis Adventus, & Quadragesima, quinque, & septem annos, & totidem Quadragenas de vera indulgentia.*

*Porro tria sunt circa hos modos notanda. Primum est, ex Corb. approbat Gregor. Valentin. li. De indulg. 6. 6. quando primus modus cum tertio miscetur, id est, cum præter plenariam indulgentiam concedetur adhuc aliquot dies id addi ad cautelam: quæ cum diuerse sint Doctorum sententie de sufficientia causa concedendi indulgentias, is qui indulgentiam querit, certus fit nihil ex parte causa impedit quia talcum quoad illos dies, eam lucetur.*

*Secundum est, indulgentiana sive plenam, sive limitata certo dierum vel annorum numero, datam absolutè & sine illa additione, de iniunctis, comprehendere tam iniungendas quam iniunctas penitentias; ita ut si qui plenariam indulgentiam lucratur, liber sit non modò ab obligatione perfoluendi penitentiam sibi Confessatio impositam (quod Nauar. notab. 31. numero 43. probat per illud, quod in cap. Cum ex eo, de penitent. & remiss. satisfactio penitentialis, per indulgentiam eneruari dicitur) sed etiam a pœna pro pecatis confessis luenda in purgatorio. Et ideo qui luceretur indulgentiam quadraginta vel centum dierum, tantum pœna in Purgatorio luenda condonetur, quantum redimeret per penitentiam totidem diebus in presenti vita actam. Id quod Sotus & Nauar. ille in 4. diffinit. 21. quasf. 2. art. 1. condit. 3. & hic notab. 11. a numero 9. confirmant pluribus rationibus: sed hac vna contenti erimus; quod tam Episcopi quam Papaæ possint, & velint sub tali forma, tam iniungendas quam iniunctas comprehendere. Quod quidem Caetanus de Papa vlore concedens de Episcopis negat; quia in cap. Cum ex eo de penitent. & remiss. Episcopis limitatur omnis potestas quam ipsi habebant concedendi indulgentias. Si enim aliqua relinqueretur illimitata, adhuc locus esset indiscretis indulgentias ad quas impediendas Canon ille editus est. At in eo limitatur solum potestas dandi indulgentias de iniunctis. Quare Episcoporum non est alia. Eadem vero, loco citato, num. 10. reè occurrerit Nauarrius inquietus, quod cum ipse fateatur difficultius, maiusque esse tollere penitentia iniunctam: quæ iudicio hominis simul & Dei pro peccatis debetur: quæ iniungendam quæ debetur tantum iudicio Dei: fati quoque debet Episcopos sicut possunt tollere iniunctas penitentias, posse quoque tollere iniungendas. Licet autem prædicto canone fiat tantum expressi mentio penitentiarum iniunctarum in illo tamen limitari, non tantum harum indulgentiarum potestatem, sed etiam potestam in indulgentiis iniungendas, ut patet ex ratione quæ in eo redditur taliis limitationis: nempe ut tollatur ab usus indulgentiarum indiscretarum: quæ ratio pariter habet locum in indulgentiis de penitentia iniunctis & de iniungendis. Velle autem Papam & Episcopos illud quod dictum est, hinc fatis patet; quia ei cui nulla penitentia iniuncta esset, aut certè modicem portis: ut sapientis hodie sit, patrum aut pœnae nihil prodecent tales indulgentiae: quod absurdum est: quia ut idem Nauar.*

bene

bene argumentatur in seq. num. 18. res in dubio, ita interpretanda est, ut valeat, ex lege Quo riles ff. de reg iuris. Accedit quod verba, concedimus tot dierum indulgentiam, secundum propriam suam significacionem, & quae comprehendant dies iniunctos, ac non iniunctos; & luenda poena in Purgatorio, & quae callos dies.

Tertium est, quod ex Palud. habet Nauart. notab. 9. n. 12. ei qui se parat ad lucrandas indulgentias de iniunctis penitentias datas, expedire plurimorum ut prius confiteatur peccata, rogetque Confessarium ut tot dies, vel annos pce ieiuniantur, quae indulgentia quam lucraturus est continet, vel illos omnes annos & dies qui ad integrum deletio- nem peccatorum sutorum sunt necessarij. Intinquet inquam, sub precepto disiuncte; quod vel totam illam penitentiam impleat, vel sibi querat indulgentiam, quae tali implementatione equipollat. Vbi nota ex eodem in sequent. notab. ii. num. 19. indulgentias unius anni de penitentia iniunctis, & lucrativas ab eo cui imposita est grauior penitentia, plus de se professe, quam ei cui imposta est leuior: non tantum quoad hoc scelus, sed etiam quoad futurum: cum per indulgentiam, non tantum rollatus obligatio sustineatur penitentia iniuncta, ut ieiunandi, gestandi cilicium, se diuerberandi, peregrinandi, &c. sed etiam remittatur tantum pena purgatorij, quantum sufficeremus illam sustinendo. Plus autem ceteris paribus remissum sufficit sustinendo grauiorem quam leuorem. Dixi, ceteris paribus: quoniam ob maiorem charitatem qua quis patitur, possit tantum aur plus satisfacere quid leue faciendo, quam alter faciendo aliquid grauius.

## Alij modi concedendi indulgentiam.

## SECTIO IV.

**T**resaduc notantur varietates in modo concedendi indulgentias: quarum prima in eo consistit, quod viuis indulgentia detur per modum absolutionis; & defunctis per modum suffragij quemadmodum definit Leo decimus in Bulla de indulg. edita anno Domini 1518.

Circa eam vero notandum est, non distingui duos istos modos, quasi viuis indulgentia concedatur virtute clavium, potestatis ligandi & solvendi a Christo reliete in Ecclesia; non item defunctis (vitroque enim modo auctoritate Apostolica concedi, habetur ex eadem bulla (sed proprie distingui, quod indulgentiae que dantur viuis, proxime directe dentur illi qui facit opus prescriptum: perinde ac sollebat solvitur a peccatis proximi daret, qui facit confessio- nem, quam ipsi praequirit: que vero non dentur defunctis, transferantur ab uno ad alium, id est, non dentur ei qui facit opus pium, sed alteri pro quo illud facit. Id enim est dari per modum suffragij: quandoquidem suffragium respicit alterum pro quo fit. Quia ratio huius distinctionis sumitur ex eo quod in citata Bulla dicitur, Romanum Pontificem dispensare thesaurum meritorum Christi; vel per modum absolutionis indulgentiam conferendo: vel per modum suffragij illam transferendo.

Aduerter autem istud ipsum quod dicitur viuis per modum absolutionis, & defunctis per modum suffragij indulgentiam dati, intelligendum esse de eo quod fit ordinari: cum nihil obster, quominus viuo perinde ac defuncto, Papa concedat in indulgentiam intinquentendo ei opus, quod alius pro ipso faciat ex Nauart. notab. 22 numero 23. & 24. Itemque pos- sit defuncto indulgentiam concedere propter pateritatem merita ipsius in Ecclesiam, ex eodem Nauart. in sequent. num. 33. 34. 35. & 36.

Differentia autem generalis ponit potest in eo, quod viuis indulgentia concedatur quam subditis, exercendo auctum potestatis iudicari, quam Papa tanquam Vicarius Christi habet, ut ad puniendum, sic ad liberandum a pena, compen- fando eam ex Ecclesia thesauro sua dispensationi diuinitus commisso.

Mortui autem concedatur, non ut subditis quos iudicet, sed ut charitate coniunctis, quibus indigentibus libuenerit potest ex thesauro Ecclesie. De qua tota re late differit Suarez tom. 4. diff. 53. in quib. immorando egredemur nostros limites.

Satis ergo nobis sit notare secundo, absolucionem ut est

actus clavium, sumi cum specialiter pro sola remissione peccatorum facta per modum sententia Iudicis: tum generaliter non tantum pro illa: sed etiam pro alia facta altera quam per modum sententia. Indulgentiam autem dicere non posse absolutionem priore modo; quia consequenter dicendum esset Papam dum indulgentias perpetuas concedit, absoluere nondum natos, atque adeo futuros post multos annos: quod absurdum est. Itaque dici posteriore modo, nimurum, quod sit remissio quoad temporales penas; facta, non quidem per modum sententia sicut absolutio Sacramentalis: sed per modum dispensationis bonorum communium facte indigentibus. Id quod in Extravag. Vnigenitus, Deponit. & remiss. & in cit. Bull. Leonis X. sat significatur, cum potestas per quam ipsa sit, vocatur potestas dispensandi thesaurum meritorum Christi in Ecclesia relietum.

Aduerte vero obiter, quod ut remissio peccatorum mortaliuum quoad culpam, & penam aeternam, non est de dispensatione Sacramentalis, sed effectus ex ea, iuxta Christi institutionem, consequens; ita ne remissionem penae temporalis, esse de indulgentia conscientia (qua consistit in memorati thesauri dispensatione) sed illius tantummodo effectum: qui secundum ipsam consequitur post multos dies vel menses vel annos: ut quae extenditur ad nondum natos.

Secunda varietas in eo est, quod quedam immediata a Papa concedatur, hoc vel illud facient; & quedam ab eo mandetur concedi per Confessarium, vel alium Ecclesie instrumentum. Inter quae Nauart. notab. 30. num. 14. differit; quod illa, tanquam latronimurum sententia qua in rem iudicata transferitur: ipso iure, & sine aliquo absolutione acquiratur. Hoc vero, tanquam sententia ferenda, non acquiratur nisi mediante absolutione ministri, cui datum est mandatum de concedendi. Cuius absolutionis forma (de qua latius Suarez disputat. 56. sect. 1. num. 5. 6. 7. & 8.) non requirit quidem certa determinataque verba; immo sine verbis, potest constare scriptis, aut aliis externis signis quae verbis aequipollant: nihilominus talia eiusdem absolutionis signa requirit, quae determinant illam indicent: cum in iis quae humano more inter homines transfiguntur, id quod unus confert alteri debet at signo externo indicari.

Vnde quamvis maxime coherens sit forma, quam item auctor refert ex D. Anton. & Sylvestro; Auctoritate Sedis Apostolicae mihi commissa, concedo tibi tales vel talem remissionem. Ea tamen non est necessaria; sed sufficere potest quacumque: dummodo sit significativa remissio nisi seu absolutione ieiuniis non indicet auctoritatem a qua procedit, nec effectum quem determinat producir; nempe tales vel tantam penitentiam relaxationem: adeo ut possit talis indulgentia concedi in confessione per verba absolutionis Sacramentalis; si Confessarius ea proferens intendat, sicut absolvitur a peccatis, pro potestate quam haberet conferendi Sacramentum penitentia; ita & penitentia ei- dem peccatis debira liberare, pro potestate sibi commissa conferendi indulgentiam. De quibus Suarez plenius. Sed nobis sufficit eam esse communem doctrinam ex Nauart. in comment. De indulgent. notab. 30. n. 8. quae a pari confirmatur per ea quae dicuntur in sequent. lib. nono, de forma absolutionis ab excommunicatione: utraque enim absolutione ab eadem potestate pendens, eundem modum habet ab ea proueniendi.

Tertia varietas in eo consistit, quod aliquando indulgentia absoluta, & sine illius determinatione ad certum locum vel tempus concedatur, aliquod pius opus facientibus. ut a Sixto IV. omnibus, & singulis Christi fidelibus presertim & futuri vobiscum degentibus, qui tertiam Rofai partem, id est, quintages Patet & quinquages Aue Maria dixerint conceditur indulgentia quinque annorum, & tertidem Quadragesimae, prout refert Nauart. in Misell. 1. de Rosario num. 3. & in sequent. Misell. 14. num. 1. aliquando vero detur cum dicta determinatione: qui modus adhuc varius est. Nam ex D. Anton. 1. parte tertiul. 10. cap. 3. §. 4. & Nauart. in comment. de indulg. notab. 30. n. 2. conceditur visitantibus certum locum certo tempore; ut plena conceditur visitantibus. Romae certas Ecclesias vigesimoquinto quoque anno, qui annus Jubilai dicitur; itemque aliae quas videmus passim concessas visitantibus.

bus à Vesperain Vesperam certa loca, certis diebus: quarum etiam meminit Nauar. notab. 31. num. 36. & 37.

155.

Ac eorum differentiam ab illis quae sunt præcedentis forma perenngue dicuntur, hanc asserit ex S. Thoma, quod semel tantum queri possint (intellige in unoquoque ex iis diebus pro quibus sunt concessæ) illæ vero queri possint sepius nempe, vi Nauar. subiungit, bis aut pluries eodem etiæ in die, dummodo non toties & tali modo, ut fras quædam & irrisio esse videatur: vt videretur si quis subinde egrediendo Ecclesiam, veller eam visitanti concessam indulgentiam lucifacere. Nota autem ex eodem authore in sequen. notab. 32. num. 46. versus finem hanc dicitur: tamen non esse extendenda ad indulgentias temporales, quæ non sunt determinatorum dierum sed longioris temporis: quoniam eæ tanquam peneane, durante tempore pro quo conceduntur possunt sepius lucifigari. Sic enim, ut ibide in ipse ex instituto probat, potest quis in anno Iubilæi bis, ter, & pluries indulgentiam tunc concessam lucrari, faciendo visitationes ad id requiras. Si etiam à Palud. traditum in 4. distin. 20. quest. 4. art. primo §. tertio cond. 3. ipse quoque, tum ibidem tum in præced. notab. 15. & 19. approbat: nempe indulgentiam in perpetuum vel in aliquod certum tempus longius concessam visitantibus aliquam Ecclesiam lucificeri posse quolibet mense & quolibet die.

#### De indulgentia concessa pro articulo mortis.

##### SECTIO V.

156.

**Q**uedam porro indulgentia ita conceditur ut extra mortis articulum queri possit, & quadam demum in mortis tantum articulo. Circa quem modum Nauar. notat in notab. 30. num. 3, mortis articulum in hac materia, nisi alius exprimatur, intelligendum esse non tantum verum sed etiam presumptum: sicut & in materia de extrema unctione ita ut probabiliter moriturus possit ut indulgentia pro articulo mortis sibi concessa: quamlibet habitur, si certa requisita concurrant, quantumvis non moriatur. Sed adverte ex eadem authore in Miel. 18 de Rosario B. Virginis Marianum. 4. indulgentiam datam pro mortis articulo via tantum vice, non acquiri in articulo mortis præsumpta, sed tantum mortis vera, si concessionis formula nullum requirat ministerium Confessarij, vel alterius per quem ea debeat in tali articulo concedi: sed Papa ipse per eam pro tali tempore concedat. Ratio est quia intentio taliter concedentis censetur esse, ut virtute gratiae quaro imperitum est qui illam adipiscitur ex hoc mundo & ex libet ab onere sustinendi in vita futura peccatis suis debitas: qui exitus non contingit in præsumpta, sed tantum in veræ mortis articulo: quo sit ut talis indulgentia non proficit in articulo mortis præsumpta tantum nec vera: neque in illo usurpata, consummatur, sed remanet adhuc pro vero mortis articulo.

Quod si concessionis formula predictum Confessarij ministerium requiri: pater indulgentiam concessam acquiri etiam in articulo mortis præsumpta: quoniam ea postulatio qui frustanea esse. Si enim articulus vera mortis expectari debeat ut Minister ille possit ad concedendum adhiberi, nec sufficiat quod quis probabiliter credatur moriturus: fieri plerunque ut mors preueniens reddat superuacaniam illum Summi pontificis gratiam. Culusmodi perticulum ideo non timerit in indulgentia concessa priore modo, eo quod adueniente mortis articulo, ipso iure ea quadratur, neque requiratur ministerium cuiusquam alterius à Papa. Ex quo discrimine, inter vitrumque talium indulgentia concedenda modum, consequens est alterum: nempe quod indulgentia posteriore modo concessa prodebet possit in articulo mortis præsumpta, atque in eo usurpata consummetur, nec ipsa remaneat pro veræ mortis articulo: cuius contrarium diximus de concessa priore modo.

157.

Rationem exequendi dictum ministerium post D. Antoninum in sequen. §. 5. Nauarrius in cit. notab. 30. tractat, ponderata formâ, qua per viam specialis indulti indulgentia conceditur dicendo: quod talis habeat facultatem eligendi idoneum Confessorem in articulo mortis, qui vigore ei conceſſe indulgentiam, valeat cum absoluere ab omnibus peccatis de quibus est corde contritus & ore confessus, exceptis ijs

quæ perpetiæ sit sub fiducia talis gratiae. Sufficiat autem ad an edita hæc addere.

Primum (quod is habet num. 8. ad talem indulgentiam concedendam per Confessarium, sufficere si ipse dicat. Concedo tibi indulgentiam prout in hac bulla continetur; vel dicat aliud & quipollens; quia nulla certa verba prescripta sunt ad concedendam indulgentiam, sicut nec ad dandam absolutionem ab excommunicatione, iuxta communiter receptam sententiam. Ea de re in sequenti libro nono proprio loco.

Secundum, de quo Nauar. in seq. num. nono, est sicut in articulo mortis, cum non potest Sacerdos haberi, potest confessio fieri Clerico non Sacerdoti, & in huius def. & tunc laico ratione, quâ traditum est in prima parte lib. 1. cap. sec. 3. ita etiam def. & tunc Sacerdoti Clericum non Sacerdotem; & def. & tunc tam huius, quam illius laicum posse exercere ministerium concedendi dictam indulgentiam; cum id nec sit Sacramentaliter absoluere; nec ipsum Sacramentalē absolutionem prærequirat: sicut prærequisiret, si in forma concessionis diceretur: ab omnibus peccatis de quibus es sacramentaliter absolvitus. Quo casu solus Sacerdos posset esse indoneus Confessarius, cum solus possit audita confessione Sacramentaliter absoluere.

Tertium, de quo Nauar. ibidem num. 12. est. Eum qui factus est mentis impos, si cum esset sana mente declaravit le consitenti & absoluvi velle, capacem esse supradicta indulgentia accipiendæ in articulo mortis, habendo speciale illud quod supra commemorationis indultuim, quemadmodum capax esset absolutionis Sacramentalis iuxta tradenda in seq. lib. 8. cap. 3. sec. 1. Prò hoc autem ac pro præcedenti addito, facit quod licet indulgentiam (cum sit favor) respectu eius cui conceditur, latet interpretari, dummodo non oblet, quod respectu concedentis censemur indiscreta, & abusus dispensationis bonorum alienorum ei creditur.

De duratione & cessatione indulgentia concessa.

##### SECTIO VITIMA.

I

158.

ndulgentiam pro certo tantum tempore concessam non durare ultra illud, ex eo patet: quod indulgentia tantum valeat quantum sonat, ut quoad certa, sic & quoad durationem, cum non excedat voluntatem concedentis, expressam ipsius verbis. Concessam vero expresse in perpetuum, constat ob eamdem rationem semper durae, etiam mortuo eo qui concessit; ut est sententia communiter recepta teste Nauar. in comment. de indulgen. notab. 31. num. 25. Quæ procedit siue ille sit Papa, siue alius, ut Suarez declarat rom. 4. disputat. 57. sec. 2. num. 4. Probarunt vero quia concedentis præcedens voluntas non retractat manet moraliter, ad eum morale effectum sufficiens ut confirmatur à simili; quia nec litera salui codicilis pereunt mortuo concedente; nec licentia celebrandi extra locum sacram, aut recipiendo ordines concessa ab Episcopo, cessat ipso mortuo: & sic de similib. Verum destructo loco cui indulgentia concessa est, ipsa censeretur uocata ut idem Nauar. in sequent. numero 27. haber ex Palud. Etratio est: quia ut certa persona data ad vitam, durat quantum illa vivit; sic data certo loco, etiam perennis, durat tantum quantumdiis manet, non item eo destructo, quia licet indulgentia non concedatur propriè ipso loco; sed hominibus, qui eam lucratur sunt tamen quia conceditur lucrandam certo tantum loco, eo destructo censetur ablata potest lucrandi; perinde ac pro certo tempore concessa; eo transacto, ipsa lucrifici non posset: quandoquidem ut tempus elapsum, sic locus destructus amplius non est. Perpetuas ergo istismodi cernitur maxime in illis indulgentiis, que ceteris suis alij suis communiteribus, & familiis, que successione continua perseverant, conceduntur in perpetuum sine expresse, sive etiam virtualiter: ut concedi censetur quæ sine limitatione temporis dantur.

Id quod ex communi sententia, authoribus in eam citatis, habet Suarez in præced. sec. 1. num. 5. Et probat, quia cum Superior in tali indulgentia non ponat limitationem temporis, nec nos debemus ponere. Non enim est nostrum limitare Superioris voluntatem, cuius definitum terminum assigilate. Quare vel illa nullo tempore valet, quod dici

non

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
PADERBORN

non potest; vel valer sine limitatione temporis: perpetua que est. Sic D. Anton. ait in pars. io cap. 3 § 4. quando indulgentia datur omnibus visitantibus certum locum, certo die intra annum, eam permanere donec reuocetur a Papa, vel ab alio auctoritate ipsius, sufficiet ad id munito. Quod tamen intelligendum est cum hac exceptione: nisi in contrarium regula Conciliaria fuerit: qua Sedes Apostolica declarauerit limitauerit verba. Nam, ut Suarez notat loco isto, secundum talern declarationem & limitationem Papae concessus est loqui, si loquatur aliquo alia speciali declaratione.

Vnde notandum est quod Nauarr. in cit comment. notab. 9. num. 8. & 9. habet ex regula 57. & 59. Conciliaria, indulgentiam pro certis diebus cuiuslibet anni futuri concessam, restringendam esse ad viginti annos: & concessam alicui Ecclesie vel capelle tacita alia qualibet parva eidem concessa, nihil valere. Item si indulgentia peratur simpliciter pro festo, vel festis loci p[ro]p[ter]a, & Papa concesserit per / fiat) tantummodo censeri concessos tres annos si Ecclesia fuerit Cathedralis, vel insignis Collegiaria, aut solle[n]ne monasterium: alioquin duos annos, & duas quadragesinas. Sin concesserit per (fiat ut petitur) Cathedrali, Collegia, & monasterio, quatuor: alii vero, tres annos concessos videri.

Quod attinet ad cessationem indulgentiae concessae: ea contingit maxime per reuocationem, factam sive ab eo qui concessit, sive ab ipsius successore tanquam eo qui mortaliter est idem, ac multo magis ab ipsius Superiori. De qua ratione latissim confit ex Communione Ecclesie vlt, qua reuocari videamus indulgentias granis benedictis & aliis similibus rebus attributas. Constat etiam ex Extraug. communis Quemadmodum, De penitentia & remissionibus per quam durante Iubillo, omnes aliae indulgentiae vbiique cessant. Arque de eadem auctores inter se consentire, Suarez notat in citata secunda num. 5. Consequenter inquirens, An pro arbitrio, & a[cc]usque causa talis reuocatio fieri possit.

Statuit autem posse, tum valide, tum etiam licite: quia indulgentia ab initio fuit beneficium gratuitum, quod portuit liberum, & sine alia causa licet negari, tanquam dependens ex sola concedentis voluntate. Quare potest quoque liberum non conferuari pro tempore futuro: quod idem est a reuocari. Patet consecutio: quia per concessionem indulgentiae perperu nullum ius acquiritur illi cui conceditur; quodquidem ex non obstat, quin talis indulgentia maneat in ratione eiusdem gratiae pendens ex voluntate concedentis. Vnde nulla ei sit iniuria, si tali fauore pro arbitrio priuetur. Quanquam ex alio capite potest reuocatio illicita esse: ut si generet scandalum, & eo quod sit signum odii: vel si concedens promiserit se non reuocatum; vel si ea creditur valde fructuosa animabus, documentum illum affecte: quia contra charitatem & officium boni pastoris tunc ageret.

Communis autem Doctorum sententia est (quod Suarez nominatis aliquot ex eis notat in sequentia num. 8.) indulgentiam non extingui reuocatione, donec haec peruenit ad notitiam eorum qui illa gaudebant. Eam enim est intentionem summi Pontificis valde probabile est: cum alio qui contingeret multos fidèles facere opera ad indulgentiam requisita, & straudari fructu illius, sine sua culpa; quod credibile non est Papam intendere. Vnde infertur pro p[ro]p[ter]a quod idem auctor habet in sequenti num. 9. Si quis bona fide peccata referuata ritè confessus esset, & absolutionis ab eis, in virtute indulti concessi in ordine ad indulgentiam illam quam reuocatam esse iniunctibiliter ignorat; infertur inquam, tam confessionem possi censeri validam, taliterque absolutionem manere liberum; etiam à censuisti atq[ue] ab onere compārendi coram Superiore. Eam enim mentem esse Papae credibile est: cum aliud, & periculosum sit, & valde onerosum.

Ceterum haec de reuocatione dicta, dicenda pariter est de indulgentiae suspensione Suarez bene monet in fine sequentia num. decimi: quia suspensio indulgentiae est reuocatio quodam illius ad tempus, quo elapsi ipsa restituitur. Cum autem in dubio interrogantur super reuocatione, aut suspensione indulgentiarum, aut facultatum quod simul cum eis plerumque conceduntur: puta commutandi vota, vel dispense-

sandi in eis, vel componendi de male acquisitis, quorum veridomini ignorantur, vel eligendi Confessarii qui absolvunt a casibus referuntur, vel edendi oua, aut laetitia in Quadragesima; vel celebrandi super altare portatile, vel dicendi hoc aut illud officium: tunc, inquam debemus attendere legere, & expendere literas Apostolicas, illam de qua agitur reuocationem continentes: sicutque ex eis iudicium ferre a ratione qua fert Nauarrus in saepe memorato comment. de indulgen. notab. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 33. Cuius doctrina in tali difficultate magnam lucem adferit, vt & alia quam habet Suarez tom. 4. disput. 5. 6. fere per totam; in quibus breuitatis studii non immorabitur, praesertim cum talium literarum interpretatione doctrinam eminentem requiri: ideoque consilii sui simplices Confessarios, quorum institutionem habemus propositorum, ad Doctores pro illarum intelligentia recurrere: quam id per se conari, quod impar esse ipsorum viribus facile contingit.

Supradictum monendum durationi indulgentiae non obstat quod cesseret causa propriæ quam concessa est. Nam si causa temporalis sufficiens fuit ad indulgentiam concedendam pro aliquo spatio temporis: hac toto eo tempore manet, quamvis causa non duret tamdiu. Sic enim pro dedicatione Ecclesie quod in uno die fit, dati potest indulgentia lucranda intra totum annum spatium. De qua te Suarez in fine memoriae tom. quarti.

### CAPUT VLTIMUM.

#### De indulgentiis, quoad earum acquisitionem.

#### S U M M A R I U M.

- 166 Requisita ad indulgentiae acquisitionem sunt potestas, causa iusta, concedendi, atque capacitas acquirendi.
- 167 Ad validitatem indulgentiarum non requiritur literas expediti de illarum concessione.
- 168 Solus existens in statu gratia, capax est indulgentiarum.
- 169 Probabile est existentem in peccato mortali quo tempore lucranda est indulgentia, etiam si faciat opera p[ro]cripta, nec tunc, nec postea diuina gratia restitutum eam lucrari.
- 170 Cum nemo sciat an sit in statu gratia, quomodo possit ob lucratam indulgentiam se existimare liberum a satisfactione per Confessarii sibi imposta.
- 171 Ad acquisitionem indulgentiae, quando necessaria sit confessio sacramentis actu facta.
- 172 Quando sufficiat illius propositum, etiam si indulgentia concessa sit, vere paenitentibus & confessi.
- 173 Qualis confessio, et quando facienda sit ad lucrandam indulgentiam confessi concessam.
- 174 Quomodo satisfactio requiratur ad acquirendam indulgentiam.
- 175 Quorsum concedatur indulgentia, si ad eam acquirendam opus sit satisfactione.
- 176 Ad acquirendam indulgentiam necessaria est execuio p[ro]p[ter]a operis, propter quod concessa est.
- 177 Non sufficit ad voluntas exequendi: neque execuio partis, nequidem ad partem indulgentia acquirendam; neque impedimentum in eo existat.
- 178 Non ante perfectum totum opus imponitum, acquiritur indulgentia.
- 179 Rationes dubitandi, an necessarium sit rosum perfici in statu gratia.
- 180 Resolutio dubij, sufficere posse ultimam partem fieri in statu gratia.
- 181 Solutio allatorum in contrarium.
- 182 Facultates simul cum indulgentia concessas, sine ea acquiri, etiam in peccato mortali, non repugnat.
- 183 Qui indulgentiam consequi vult, debet per seipsum implere opus pro ea acquirendam imponitum, nisi per alium implere posse est expressum.
- 184 Imponendum est secundum formam in confessione prescriptam.
- 185 Exceptio, ex quadam aquitate, & tacita intentione indulgentiae.
- 186 Ad indulgentiam consequendam imponitum exhortando; non precipiendo.